



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad
proxim accommodatas

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

Quæstio 10. Bona ab Hæreticis possessa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40873

QUÆSTIO X. Bona ab Hæreticis poss. ss.

A N Catholicí possint emere bona aliorum Catholicorum iustis Bello ab Hæreticis occupata?

R Epondeo, Id fieri posse variis modis. Primo, universim quando censeri potest illa esse dominorum voluntas. 2. Quando ad bonum Commune id Ecclesia, aut Pontifex decernit: Et hoc conforme est Resolutioni Sacre Congregationis Inquisit: quæ ad quintum casum Francisci Longobardi Ordinis Minimorum missionarii Tuneti in Africa, Respondit, Bona Christianorum à piratis capta posse fideles absque noxa mortali, & onere restitutionis, emptione, donatione, venditione, aut alio quocumque legitimo titulo sibi accipere, ac in proprios usus convertere, non obstante quod sint in bello iusto capta. Quæ Resolutio approbata fuit ab Urbano VIII. anno 1630. 25. Julii, ut exstat apud Peyrinum, & apud Verinys Tract. 4. Art. 13. Merito tamen aliqui in Congregatione addebat, requiri animam restituendi sic empta, recepto pretio dato, si rerum emptarum Dominus compateat. Quando Principes sæculares Catholicí & Hæretici per pacta aut concordata pacis statuerunt, ut Hæretici possint illa bona habere, & disponere. Et in Praxi constat sic fieri in Germania, & Hollandiâ, & quandoque in Anglia, nullo Theologo rerum perito ipsis scrupulum movente. Censeri autem possunt illi sic emendo subire onus restituendi, si fieret illa regum revolutio in qua ipse venditor Hæreticus restituere cogeretur. Et sanè plures ob causas

luc
tit
ha
nu
ill
au
ali
ad
na
F.
tus
lis

A
tic
R

Pars 3. tract. 6. R solutiones practicae ad &c. 547
multò conducibilius videtur, bona illa tali
emptione in manus Catholicorum devolui, qui
tantò potentius possunt negotium Fidei prote-
gere ac propagare, quām si ea penes Hæreti-
cos perpetuò permanerent. Et huic Resolutio-
ni mecum subscripti ferunt præstantes in Belgio
Theologi P. Jacobus van Caloen studiorum altio-
rum Præfectus, & P. Ioannes Pollenster S. Theol.
Professor Lovanii, & plures alii.

Quod si nec censeatur aedes Dominorum vo-
luntas, nec Reipublicæ, aut Principum legi-
timus consensus, qualem supra casus requirit,
haud dubiè improbanda esset praxis illorum qui
nulla habitâ proprietatum Dominorum ratione,
illos in talium bonorum emptione prævenire,
aut excludere conarentur: quales alibi reperiri
aliquos post recentem Cromvelli invasionem,
adeoque non excusandos, meritò censet F. Bo-
naventura Keon S. Theol. Lector Jubilatus, &
F. Antonius Rothus S. Theol. Prof. & Præsen-
tus, viri doctissimi, natione Hiberni, & in il-
lis partibus rerum periti.

QUÆSTIO XI. Beneficium à Patrono hæretico.

AN Catholicus validè, & licitè accipiat Be-
neficium Ecclesiasticum à Patrono hære-
tico.

REspondeo affirmativè cum *Leffio supra cas. 6.*
& *Sanch. de Matrim. l. 3. disp. 22. n. 31.* si
nempè sit hæreticus toleratus, non vero pu-
blicè denunciatus. Quia censent illi hæreticum
toleratum non perdere jus patronatus post Ex-
travagan. *Ad evitanda scandala, per quam Ec-*
clesia